



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Catholisch Pfarbuch Oder Form vnd Weise/ wie die
Catholischen Seelsorger (jetziger hochgefährlicher zeit)
jre Krancken eingepfarren ohne vnderscheidt besuchen
... sollen**

Leisentritt, Johann

Cölln, 1590

VD16 L 1067

A Pivm Lectorem

urn:nbn:de:hbz:466:1-39235

AD PIVM LECTOREM

Ioan. Iung. Bernstatten. Lusatianus.



Icut apis volitat, vernanti vbi lata colore
Prata vigent, carpens ore pusilla Thymum:
Mellaq, depictis studiosè colligit herbis
Dulcia, queis tandem seq, gregemq, fouet.

Sic LEISENTRITIVS vera pietatis imago

IOANNES, patrij lausq, decusq, soli
Noctes atq, dies docte meditatatur, vt ipsi
Mellifluas anima congerat vsq, dapes.
Vertitur Ambrosius, vertuntur Gregorijq,
Augustini itidem, pristina scripta patrum:
Hieronymi libris vltro citroq, volutis,
Irriguos succos elicit inde sibi.
Sedulus hinc olim quicquid veneranda vetustas
Effinxit scriptis, in breue condit opus,
Scilicet vt possit populo conferre salutem,
Custodit vigilans pastor ouile suum.
Haud equidem patitur, sauis agitata a luporum,
Fraudibus vt pereat turba fouenda sibi:
Detegit hareson technas, ouibusq, tenellis
Commonstrat nitidi pabula vera poli,
Singula quid refero? pietas sua fœdera seruat,
Non seruum vitij's pectus habere sinit:
Nenoceant igitur duri tibi Demonis ictus,
Tela vides studij's optima facta suis.
Nam cape quisquis ades, modo si cognoscere cura est,
Vlla tibi secum quid serat iste liber.
Terrigenis pandit, qua sit via vera salutis,
Qua subeas nitidi calica regna poli.
Languidus & vitæ supremo munere fungens
Dæmonus vt valeat frangere tela, docet:
Noscere peccatum reparat, septem plice nexu
Quod te constringit, quod iua corda premit.

Addo

fercula monstrat homine
pilos dicit ad astra Deus.
quum sit vera Ecclesia mundum,
quam nulla est gratia nulla salu:
ciguo fusc conscripta libello
inuenies titulis Lector amice suis,
Ego pium studium, pius accipe fronte serena.
Quod tibi dat clauis, gloria magna chori.
Vtq; pari similes condant dulcedine succos,
Pectoraq; erudiat, voce precare Deum.
Desine Liuor edax, mentem compone quieti,
Frustra, est quod doleas, teq; quod excrucies.
Hoc opus egregium est, venerabile, nobile, sanctum,
Quod LEISENTRITIVS condidit, ergo tace.
Tu decus o patria splendor, lumenq; tuorum,
Virtutis candor, Religionis honos.
Scilicet ad vitam nos instruis vsq; pudicam,
Sicq; cupis Christi, consuluisse gregi:
Quem tu (docte pater) pergas moderamine iusto.
Dirigere, & meritis addere plura tuis,
Sic sic ad Domini sanctam satiabere Mensam,
Qua fruitur vero Nectare & Ambrosia.

(?) 3

Am